



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Mavritivs Etsoc. MM. 21. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Feb.
bra,
Pet.

arij,
nen-
Ca-
ato-
cepit
parte
e to-
cùm
verò
Ev-
tula
non
e ob
ratos
jam
dedit
oræ-
dem
vir-
fuit,
il-
uum
cæci
nes

la-
tia,
ijs?
tri-
ise-
AV.

21. Feb. VITÆ SANCTORVM. 101

SS. MAVRITIUS ET SOC. MM.
21. Februarij.

N Vnquam tam fortiter pro suâ urbe Romanus miles, quàm pro fide Românâ MAVRITIUS cum sociis depugnavit, Thebæ Legionis Antesignano ut nomine, ita virtute par, & cum eodem Religionis hoste Maximiano Apameæ compositus, quem prior ille Agauni in Galliâ superavit. Pugnabat tñi annus in pium agmen vinculis, flagris, uncis, equuleo, ferro ac flammis; ingerebat quidquid telorum carnificum turbæ suggerebant. Sed stabat immota ad hæc omnia fortissima Martyrum phalanx: gaudebat in vinculis, ridebat ad flagra, hebetabat uncos ac ferrū, ovabat in equuleo, in flammis triumphabat etiam. Quare ad doloros confugere coactus Imperator, cuniculis invictum MAVRITII animum tentare aggressus est. Addicitur proinde morti filius Photinus, & per hujus jugulum parentis cor petitur; sed repulit affectum paternum facile Christi amor, & vicit irenum in filio parens. Locus erat mediis paludem inter & flumen, muscis, vespis, & id genus animalium exanimibus infessus. Hic ultimum committit Maximianus. Pendet in oculis paternis filii corpus, scopus omnium militum jaculis ac sagittis; & quot mortuum accipit vulnera, tot vivo parenti reddit. Stat interim nudus in acie cum suis MAVRITIUS, palo alligatus, melle illitus, innumeros vesparum aculeis confossus, & tamen vel sic etiam victor triumphat in parvis bestiolis maximum tyrannum; mortemque demum obit melle, quo manabat, dulciorum. Ex Men.

Nemo dicat, quod temporibus nostris Martyrū certamina

E 3

tamina

tamina esse non possint: Habet enim & pax nostra
Martyres suos: Nam iracundiam mitigare, libidi-
dinem fugere, iustitiam custodire, avaritiam con-
temnere, superbiam humiliare, pars magna Marty-
rij est. S. Aug. serm. 250. de Temp.

S. PETRVS DAMIANI. 22. Februarij.

DVbites magisne primò fortuna PETRV M , an
PETRVS deinde fortunam fugerit. Infans fa-
me sitiique periisset, nisi ubera, quæ mater dicam
an noverca ? morituro negaverat, aliena nutrix
præbuisset. A fratre natu maximo porcis pas-
cendis præfetus cum nummum reperisset argenteum,
cogitanti in quas potius illecebras eum expende-
ret, sanctior cogitatio persuasit Sacerdoti dare
sacra facturo. A Damiano denique fratre, cuius
velut patroni nomen poste à tulit, literis admotus,
eas primò celeriter didicit, mox etiam applauden-
te Italiam docuit; sed memor injuriarum, quibus
mundus eum exercuerat, blandientem jam & ipse
aversatus, inter summos honores, corpus cœpit
duriter habere, æstum libidinis rigidibus aque
mergere, sub veste splendidâ cilicium occultaris;
denique inter Anachoretas se abdere, ibique è dis-
cipulo magister sanctioris vitæ miraculis corus-
care. Tantam virtutem Pontifex purpurâ orna-
vit; quam cum nemo unquam digniùs, & majore
Ecclesiæ bono tulisset, anno M. LXXII. cum vitâ
posuit; vele solo nomine, quod Officium Ho-
rarium D. Virgini sacrum in memoriam & usum
pristinum revocavit, omnibus Sodalibus memo-
randus, ex cuius divinissimis scriptis, vel hos
versiculos, quos suo tumulo inscripsit, recoluisse ope-
rà pretium sit;

Vive